

possideat'. (*In latere*) defunctus XVI kal. Dec. | dn. Arcadio Aug. et Bautoni | v. c. conss.⁸ | Dd. die IV nonas Mar. | coss. ss.⁹

Praeneste rep., ubi forum oppidi fuisse putatur, est Romae (XIV 2954 vidi). — 1) *Clarissimae memoriae viro.* — 2) *Quique.* — 3) *Bis.* — 4) *Praenestini.* — 5) *Sc. sumus.* — 6) *Exemplum testamenti partis.* — 7) *Distrahendi.* — 8) *A. p. Chr. 385.* — 9) *Suprascriptis (sed intelleguntur consules subsequentes).*

8376 [Ar]lenii¹. | P. Aelius Apollinaris Arlenius, natus die | IIII kal. Nob., honeste vita moribus adque | litteris educatus, cum die VIII kal. Iulias | agens annum octavum decimum caelo | desideratus corporeo carcere libera|retur, petit adque impetravit a Publio | [A]elio Apollinare v. p.² patre suo, actore cau|sarum, preside provinciae Corsicae, praefecto vigilibus, uti fundum q. [a.]³ ad duas casas⁴ | con[f]inium territorio Praenestinorum | daret ac traderet collegiis Praenestii[nae] civitatis ea condicione, ut isdem vel | [qu]ique in eorum iura corpusque successerit | [a]b-alienandi quocumque pacto potestas | non esset, sed ex ipsius fundi fructibus con[v]ivia bis annua diebus supra scriptis exhiberentur; et quo auctior esset eiusdem | voluntas, petit a supradicto patre suo, | ut quinque milibus follium horti sibe | possessio compararetur, quae eorum | iuri adque corpori cum supradicta | condicione traderetur, adque ita ob c. (sic) | causa s. s.⁵ in fundum ss.⁶ et hortos comparatos | supra dicto modo pecuniae | omnes collegati inducti sunt; propter quod beneficium collegati omnes | statuam eidem togatam | in foro conlocarunt.

Praeneste rep., ibi ubi forum fuisse putatur (Gatti Notizie degli scavi 1903 p. 576). — 1) *Hoc scriptum in plintho basis.* — 2) *Viro perfectissimo.* — 3) *Qui appellatur (antea in lapide fuisse dicitur qua.. duas cet.).* — 4) *Fundos huius nominis duos enumerari in catalogo fundorum a Constantino ecclesiae Romanae donatorum, in libro pontificali vit. Silv., monuit Gotti, eorum alterum fortasse non diversum ab hoc, contermino finibus Praenestinis (sed cf. Huelsen Roem. Mittb. 1904 p. 150).* — 5) *Causa(m) supra scriptam.* — 6) *Supra scriptum.*

8377 exemplum codicillorum. | Have mihi, domine pater; | vale mihi, domine pater! | Cum ad te haec dictarem, infelicit|simum te aesti-mavi, ut eras cum me | hoc mitteres. Peto ut monumentum | mihi facias dignum iuventuti meae. | A te peto Eutychianum alumnū | meum manu-mittas vindictaque | liberes, item Aprilem servum meum, | qui solus ex ministerio meo superavit. | Scripsit (sic) XV kal. April. Sirmi, | L. Cal-purnio Pisone P. Salvio Juliano cos.¹

Cephaloedii (Cefalù) in ora Siciliae (X 7452 vidit Mommsen). — 1) *A. p. Chr. 175.*

8378 si quis ex iis qui supra scripti sunt cum | moriar non vivet¹, sive post mortem meā morietur, tum qui reliqui erunt in eo|rum locum qui mortui erunt alias per suffragia substituant² quos dignissimos | putaverint dum non minus in perpetuum triginta sint, liceatque iis qui praesentes esse iis diebus non poterunt, in | locum suum convivam ex